

es non Unitis ad scribere nititur; Quod datum
 eum manifestè sit in præiudicium Unionis
 Unitorumque, cum etiam contra iam olim in fe-
 licis Electionis et Coronationis S. R. M. et post
 subsequentibus videlicet anni 1635. et alijs Comi-
 tibus factas ab omnibus Regni Ordinibus, nec non
 Antecessoribus meis manifestationibus et quod
 summum est expressam S. Sedis Aplice, que
 hæc in re ab uniuersis Catholicis ad præbendum
 consensum expectabatur delationem. Ideo cum
 statim in prædictis anni 1641. Comitibus ob ignoran-
 tiam de emanatis hæc Constitutionibus, quare meo-
 rum, magna cum difficultate ac tunc, quando
 Proceres, et Ordines Regni itinerari sedederunt,
 obtinimus, manifestationem nostram contra
 hæc facere non potuerimus. Parando nunc de-
 clarationi, et mandatis S. Sedis Aplice, dum præ-
 uidentur securitati conscientiarum nostrarum,
 ne uideamur his prædictis duabus Constitutionibus
 uel minimum præbere consensum, ac proinde
 hoc ipso puncta pacificationis, ac diplomata
 quodammodo approbare. Inherendo denique ma-
 nifestationibus ab Antecessoribus Regni Ordini-
 bus contra hæc Dnorum non Unitorum presensio-
 nes alias factis, sicut semper antea declarauit
 mus Nos Diplomati illi, et punctis pacificationis
 sine consensu, et approbatione Sedis Aplice assen-
 sivi nec uelle, nec posse; sic etiam nunc